IL MONITORE ECCLESIASTICO
Anno LXI - Serie V - Vol. VIII - Fasc. IV - Aprile 1936

ATTI DELLA APOSTOLICA SEDE

ATTI DELLE SACRE CONGREGAZIONI

Sacra Congregazione del S. Uffizio.

Decretum. — *Declaratur praedamnatum opusculum, cui titulus: « Pietre miliari nella storia del Cristianesimo », auctore Ernesto Buonaiuti.* (« A. S. S. », XXVIII, n. 2, 31 gennaio 1936, pag. 71).

Feria IV, die 15 Ianuarii 1936.

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii, E.mi ac Revmi Domini Cardinales rebus fidei ac morum tutandis praepositi, audito Dominorum Consultorum voto, ipso iure damnatum, vi canonis 1399 C. I. C., declararunt atque in Indicem librorum prohibitorum inserendum mandarunt opusculum, cui titulus: *Pietre miliari nella storia del Cristianesimo* ab Ernesto Buonaiuti, excommunicato vitando, nuper editum.

Et sequenti Feria V, die 16 eiusdem mensis et anni, Ssmus D. N. D. Pius Divina Providentia Pp. XI, in solita audentia Excmo ac Revmo Domino Adsessori Sancti Officii concessa, relatam sibi Em.orum Patrum resolutionem approbavit, confirmavit et publicari iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Officii, die 20 Ianuarii 1936.

I. Venturi, *Supremae S. Congr. S. Officii Notarius.*

Nota. — Sotto l'ultima riga del libro qui censurato del Buonaiuti, che lessi in una sera del passato gennaio, trovo notato a matita così: « 19-I-36. Ho l'impressione che il libro sia stato scritto per commissione, a pagamento, di una qualche setta protestante; manca assolutamente di ogni fondamento scientifico; ma sotto la corteccia si sente talora il grido disperato del figliuol prodigo ». L'impressione mi rimane ancora, perché non so capacitarmi come si possa scrivere così contro la storia, oggi, da una persona che tenga un poco alla sua onestà. Intanto il male si fa e tanto. Quando in questa collezioncina « Guanda » di Modena apparve il primo libro del

Decretum. — *Damnatur liber cui titulus « Del gran número de los que se salvan y de la mitigación de las penas eternas », auctore Luis G. Alonso Getino.* (« A. A. S. », XXVIII, n. 4, 30 marzo 1936, pag. 121).

Feria IV, die 19 Februarii 1936.

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii E.mi ac Revmi Domini Cardinales rebus fidei et morum tutandis praepositi, audito RR. DD. Consultorum voto, damnarunt atque in Indicem librorum prohibitorum inserendum mandarunt librum qui inscribitur:

Luis G. Alonso Getino, *Del gran número de los que se salvan y de la mitigación de las penas eternas.* Madrid, Editorial F. E. D. A., 1934.

Et sequenti Feria V, die 20 eiusdem mensis et anni, Ssmus D. N. D. Pius Divina Providentia Pp. XI, in solita Audentia Excmo ac Revmo Domino Adsessori Sancti Officii impertita, relatam sibi Em.orum Patrum resolutionem approbavit, confirmavit et publicari iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Officii, die 5 Martii 1936.

I. Venturi, *Supremae S. Congr. S. Officii Notarius.*

Buonaiuti: *Il Vangelo e il mondo*; poi il secondo di Tilgher: *Cristo e noi*, poi il terzo di Zanfrognini: *Cristianesimo e psicanalisi*, mi resi subito conto dell'attacco notturno e della manovra contro la verità storica. Detti il grido d'allarme nella « Rassegna di Morale e Diritto » iniziando una serie di studii: *La Storia*, *I due capisaldi della Storia*, *Al centro della Storia*, che saranno seguiti nei logici sviluppi; bandii un concorso per il volume scientificamente più perfetto sulla storia del I secolo dell'èra volgare; raccomandai la più larga diffusione della detta « Rassegna » anche fra laici professori di università e di liceo, perché sapevo che tra essi facean più breccia i libri qui accennati. Oggi la raccomandazione e l'allarme hanno avuta conferma dai fatti: oggi io ritengo sia dovere e sia titolo d'onore dei sacerdoti, dei laici cattolici, degli Ordinarii dare al nostro appello e ai nostri studii la più ampia diffusione: per vincere certe battaglie non c'è che una via: diffondere luce di verità e ardore di carità; *vincere in bono malum*; vincere cercando l'avversario non per colpirlo, ma per illuminarlo e salvarlo o per tentare ogni via per salvarlo; amando fino all'oblio di sé stessi, preferendo i fatti ai lamenti e alle invettive sterili sempre, oprando come se tutto dipendesse da noi, pregando come se nulla dipendesse da noi. Sarà spedito, anche in più copie, il fascicolo sommario dell'intera annata 1935 della « Rassegna di Morale e Diritto » a chi ne farà richiesta all'Amministrazione (Roma, via Machiavelli, 50); è consentito un abbonamento ai soli sommarii con bibliografia per l'annata 1936, a lire quattro.

Sacra Congregazione Concistoriale.

I.

Decretum. — *Pontificiae Administrationis Lauretanae.* (« A. A. S. », XXVIII, n. 2, 31 gennaio 1936, pag. 71).

Exacto iam anno ex quo Ssmus Dominus Noster Pius Div. Prov. Pp. XI Pontificium Sanctuarium Almae Domus Lauretanae aedesque continentes Suae Ipsius iurisdictioni tam in spiritualibus quam in temporalibus directo subiecti, feliciter expertum est haud pauca emolumenta beneficiaque obvenisse, quae inter commemoranda sunt et aucta, per Auctoritatem Pontificiam, Basilicae dignitas, et animarum bonum uberius provectum, ope Religiosorum, qui Basilicae modo deserviunt atque toti incumbunt spirituali curae et adsistentiae fidelium, praesertim peregrinorum, qui pie ac frequenter ad Sanctuarium accedunt.

Quo vero de his, quae supra memorata sunt, beneficiis ii plenius participent, qui Mariali Basilicae propiores exstant, idem Ssmus Dominus Noster, apostolicae potestatis plenitudine, suppleto quatenus opus sit interesse habentium vel habere praesumentium consensu, vi praesentis Consistorialis Decreti, benigne statuit ut iurisdictio Administratoris Pontificii Basilicae Lauretanae ad territorium Lauretanae civitatis eiusque districtus, iuxta praesentes fines civiles, quod ad dioecesim Recinetensem–Lauretanam pertinet, exstendatur, totaliter suspensa proinde, durante Administratione Pontificia, super eodem territorio, iurisdictione Ordinarii Recinetensis–Lauretani.

Ipsius igitur Pontificii Administratoris erit fideles omnes, qui praefatum territorium incolunt, regere eadem quidem potestate iisdemque facultatibus ac Episcopi residentiales; qui tamen legi residentiae, quousque praesentia adiuncta perduraverint, teneatur.

Vicario autem Administrationis Pontificiae, charactere episcopali insignito, munus competat ea omnia officia implendi quae Vicarii Generalis, ad normam iuris communis, sunt propria; necnon, absente Pontificio Administratore, functiones in Basilica peragendi, quibus Ordinarius tenetur.

Ad curam insuper animarum rite moderandam Pontificius Administrator curabit paroeciarum fines in territorio, de quo agitur, circumscribendos prout bonum animarum exspostulaverit, novamque ecclesiam, S. Annae Genitrici B. M. V. dicandam, apud viae ferreae stationem, sumptibus quos Ipsa Sanctitas Sua ad id elargita est, exstruendam; ad easdem vero paroecias administrandas eisdemque inserviendum, atque ad alia ecclesiastica officia persolvenda ius habebit vocandi quos validiores reputaverit, inter sacerdotes Capituli Lauretani, iuniores potissimum, qui a chorali servitio exonerati fuerunt.

Cum denique dioecesis Recinetensis–Lauretana ab onere curae animarum in territorio Lauretano relevata sit, cessabit a data praesentis Decreti annuum subsidium, quod Administratio Pontificia Mensae Episcopali eiusdem dioecesis hactenus erogat.

Ad haec autem exsecutioni mandanda Sanctitas Sua deputat eumdem Pontificium Administratorem, Excmum P. D. Franciscum Borgongini–Duca, Archiepiscopum titularem Heracleensem et Nuntium Apostolicum in Italia, ipsi tribuens facultates ad id necessarias et opportunas etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum; facto onere quam primum ad hanc S. C. Consistorialem mittendi authenticum exemplar actus peractae exsecutionis. Contrariis quibuscumque non obstantibus, etiam speciali mentione dignis.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. Consistorialis, die 11 Octobris 1935, in festo Maternitatis B. M. Virginis.

Fr. R. C. Card. Rossi, *a Secretis.*

L. ✠ S. V. Santoro, *Adsessor.*

II.

Decretum. — *Perusinae et Cortonensis de finium dioecesium mutatione.* (« A. A. S. », XXVIII, n. 3, 29 febbraio 1936, pag. 107).

Quum Excmus P. D. Ioannes Baptista Rosa, Archiepiscopus Perusinus, consentiente Excmo P. D. Iosepho Franciolini, Episcopo Cortonensi, supplices preces Apostolicae Sedi obtulerit, ut pro bono animarum pars territorii, vulgo *frazione di Mercatale*, ad archidioecesim Perusinam pertinens, ab hac dismembraretur atque dioecesi Cortonensi attribueretur, Ssmus Dominus Noster Pius divina Providentia Pp. XI, rei opportunitate perpensa, praesenti Consistoriali Decreto statuit, ut memorata *frazione di Mercatale* ab archidioecesi Perusina seiungatur atque dioecesi Cortonensi aggregetur, mutatis hac ratione utriusque dioecesis finibus.

Ad haec autem exsecutioni mandanda eadem Sanctitas Sua deputare dignata est eundem Excmum P. D. Ioannem Baptistam Rosa, eidem tribuens necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum; facto onere remittendi quam primum ad Sacram Congregationem Consistorialem authenticum exemplar actus peractae exsecutionis. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 14 Decembris 1935.

Fr. R. C. Card. Rossi, *a Secretis.*

L. ✠ S. B. Renzoni, *Substitutus.*

ATTI DEI TRIBUNALI

Sacra Penitenzeria Apostolica.

(Ufficio delle Indulgenze)

Declaratio. — *De indulgentiis ad sacri aeris pulsum feria sexta lucrandis.* («A. A. S.», XXVIII, n. 2, 31 gennaio 1936, pag. 79).

Ut ineffabilis caritatis D. N. Iesu Christi, pro redemptione humani generis in Cruce morientis, iugis inter fideles memoria perseveraret et fructus, iam inde ab anno 1740 Summus Pontifex Benedictus XIV s. r., per Apostolicas Litteras in forma brevi die 13 mensis decembris datas, partialem centum dierum indulgentiam iis largitus est, qui singulis sextis feriis, hora tertia post meridiem, ad sacri aeris pulsum hunc in effectum ab eo imperatum, quinquies *Pater* et *Ave*, ad mentem Sanctitatis Suae orantes, recitavissent. Hanc vero benignam concessionem Ssmus D. N. Pius Pp. XI feliciter regnans, per Decretum Sacrae Paenitentiariae die 30 mensis ianuarii 1933 signatum, adiecta insuper ad Summi Pontificis mentem precatiuncula « Adoramus te, Christe, et benedicimus tibi; quia per sanctam Crucem tuam redemisti mundum » vel alia huiusmodi, notabiliter auctam, ita confirmavit ut praescriptae preces recitari possent ad sacri aeris pulsum alia etiam diei hora secundum diversam in diversa loca invectam consuetudinem.

Quaesitum igitur nunc est utrum ad indulgentias lucrandas necessarius omnino sit campanae sonus.

Ad quae, re mature discussa, Sacra Paenitentiaria respondendum censuit:

Firma statuta indulgentia pro recitantibus feria VI supra indicatas preces ad sacri aeris sonum in memoriam agoniae et mortis D. N. Iesu Christi, eadem indulgentia lucrifieri potest etiam in locis ubi huiusmodi sonus in more non sit, easdem preces recitando aut primis horis post meridiem, in quas quidem incidit, iuxta veterem horarum diei computationem, hora nona, circa quam, ut Sancti Evangelistae testantur, Iesus Christus in Cruce emisit spiritum, aut alia hora, qua, secundum diversorum locorum consuetudinem, solet dicta commemoratio fieri: facto verbo cum Ssmo.

Quam quidem sententiam Sibi relatam idem Ssmus Dominus Noster in audientia infrascripto Cardinali Maiori Paenitentiario die 14 huius mensis impertita, benigne confirmare et in omnibus ratam habere dignatus est, eamque, quo solet modo, publici iuris fieri iussit.

Datum Romae, ex Sacra Paenitentiaria Ap., die 28 Decembris 1935.

L. Card. Lauri, *Paenitentiarius Maior.*

L. ✠ S. S. Luzio, *Regens*

STUDI

I.

L'antico diritto consuetudinario e il C. J. C.

1. Ogni nuova legge porta sempre con sé un cumulo di problemi spesso assai gravi balzanti dal contrasto, talora drammatico, tra il nuovo e l'antico ordinamento giuridico, sia esso canonico sia esso civile (1), perché il nuovo ordinamento giuridico non può non toccare situazioni acquisite di diritto publico e di interessi privati. Occorre quindi andar cauti affinché da una parte il contrasto sia il più possibile attenuato e dall'altra il nuovo ordinamento non sia frustrato. A tal uopo la nuova legge suol portare con sé quelle disposizioni che la sistematica moderna ha chiamato barbaramente diritto intertemporale e che a noi piace meglio chiamare, secondo la nostra bella tradizione, disposizioni transitorie (2), preposte o aggiunte alla nuova legge o alla nuova codificazione, separatamente (3) o spesso incorporate con le norme giuridiche per gli stranieri (4) volgarmente ma barbaramente dette diritto internazionale privato (5). A siffatte norme di introduzione o di applicazione appartengono nel C. J. C. (Codex Juris Canonici) i canoni 1–7 che nel testo ufficiale sono rimasti, poco elegantemente, senza titolo, e che potrebbero chiamarsi *canoni preliminari*: dei quali il primo delimita la sfera d'applicazione del C. J. C. alla sola Chiesa latina, salve opportune riserve (limitazione di soggetti), il secondo al solo diritto stretto, esclusa la disciplina liturgica (limitazione di oggetto); ma dal terzo al sesto compreso si ha una vera e propria precisazione del valore del C. J. C. in rapporto al diritto anteriore, sia esterno (can. 3), sia interno (can. 4–6), e precisamente sia con i diritti già acquisiti ai privati (can. 4) sia con le stesse norme giuridiche, di diritto publico o privato, preesistenti al C. J. C. (can. 5–6), sia *ex non scripto*, come dicevano i nostri maggiori (can. 5), sia *ex scripto* (can. 6): abbiamo detto *il valore del C. J. C.*, perché di questo si occupano i canoni in esame e non del valore della nuova norma giuridica in generale (6).

---

(1) Per uno studio dettagliato del ponderoso problema sotto il duplice aspetto, canonico e civile, cfr. ROMANI, *De norma juris*, §§ 214, seg., pag. 229–377.

(2) Cfr. op. cit.

(3) Cfr. Cit. (Codice civile italiano).

(4) Cfr. EG. BGB. (Codice civile tedesco, legge di introduzione) e op. cit. n. 153–217, e cfr. op. cit. pag. 282–285.

(5) Op. cit., §§ 412–550, pag. 379–530.

(6) Questioni di ben diversa natura alla cui soluzione va portata una ben diversa preoccupazione scientifica. Cfr. op. cit., §§ 311–411, pag. 300–377.

Donde appare manifesto con quanto poca eleganza questi canoni, e specialmente il 4, vengono dai canonisti uniti e confusi col canone 10 che ha tutt'altra natura e ben altra portata (1).

2. Della riserva del diritto concordatario anteriore al C. J. C. ognuno comprende la ragionevolezza, ove tenga presente quanto sui concordati abbiamo già detto su questa Rivista (2); della riserva dei diritti privati, di cui al canone 4, diremo altra volta (3), quando avremo toccato dei rapporti del C. J. C. non con i diritti privati, ma con le norme stesse di diritto ad esso preesistenti, siano esse spontanee (consuetudini), siano esse riflesse (leggi e norme giuridiche ad esse analoghe) (4).

3. Cominciamo dalle consuetudini non tanto perchè esse hanno sulle norme riflesse una priorità genetica (5), quanto invece perchè esse manifestano di fronte alla legge nuova una resistenza minore (6). Difatti il nuovo ordinamento viene sempre suggerito, reclamato e talora imposto dalla necessità di adeguare l'ordinamento sociale alle nuove esigenze dei tempi (7), e quindi per correggere un vecchio indirizzo di vita sociale e giuridica (8) sia esso dovuto a legittime consuetudini o ad abusi.

Stando così le cose, mi pare che di fronte alla nuova legge e più ancora ad una codificazione, la norma consuetudinaria precedente, sia essa di carattere universale sia di carattere territoriale, debba presumersi abrogata laddove ed inquanto lo stesso nuovo ordinamento giuridico non la preservi e mantenga in vigore; questo anche per il principio accolto in diritto sia canonico che civile, essere immanente nel nuovo ordinamento giuridico generale l'abrogazione tacita delle norme preesistenti (9).

4. Pertanto allorchè il ministero del magistrato è invocato a tutela di un diritto fondato sur una consuetudine, chi accampa questa pretesa

---

(1) Vedi l'esame dettagliato che dei maggiori canonisti anteriori e posteriori al C. J. C., abbiamo fatto nell'op. cit., §§ 317–409, pag. 306–376.

(2) Vedi « Mon. Eccl. » 1935, p. 240 e 263; una recente monografia del prof. D'Avak non ci pare accettabile in tutti i punti; qui non è il caso di diffondersi in un esame che ci porterebbe troppo in lungo, lo faremo presto sulla « Rassegna di Morale e Diritto ».

(3) Vedi intanto quanto abbiamo detto nell'op. cit.

(4) Cfr. op. cit., §§ 39 seg., 60 seg.

(5) Op. cit., §§ cit.

(6) Op. cit., §§ cit.

(7) Anche senza giungere alle errate affermazioni della scuola storica, cfr. Romani, *Introductio in jus, Philosophia juris*, « Rassegna di Morale e Diritto ».

(8) Vedi Romani, *Introductio in jus*; « Rassegna di Morale e Diritto ».

(9) C. J. C., canone 22; Cit. disp. prel. 5; Romani, *De norma juris*.

deve provare la consuetudine (1) su cui la basa. A tal uopo occorre non si inganni sul concetto esatto della consuetudine; non basta dire io ho fatto sempre così, mio padre ha fatto sempre così: non si dimentichi che la consuetudine non è la prescrizione (2); la consuetudine è una norma di diritto, la prescrizione invece è l'attuazione concreta di una norma di diritto preesistente; la consuetudine quindi ha carattere essenzialmente generale (norma juris est ordinatio societatis), mentre la prescrizione ha carattere essenzialmente individuale; la consuetudine non si concepisce neppure senza un conforme modo di agire dei *soggetti giuridici*, di tutti in generale, in una determinata comunità, la prescrizione invece non si concepisce se non in favore di un soggetto di diritto unico, una persona naturale o anche una persona morale, *universitas personarum* o *universitas rerum*: la consuetudine può essere il presupposto di una prescrizione, come la norma giuridica è sempre il presupposto dell'acquisto di un diritto, sia a titolo di prescrizione sia in forza di un negozio giuridico (3): una persona, sia naturale sia morale, quindi anche un collegio, potrà acquistare un diritto in forza della prescrizione, non mai indurre una consuetudine, perchè una persona, anche se collegiale, non potrà mai esprimere quell'elemento di generalità senza del quale è assurdo concepire una consuetudine; si potrà parlare di privilegio, non di consuetudine (4).

Donde si fa manifesto quale grave errore sia parlare di consuetudine introdotta da un capitolo, peggio ancora da una collegiata, da un ospedale, e per giunta di consuetudine *contra jus*; e a quali gravi conseguenze si può giungere ammettendo, per esempio, che un ospedale ha costituito contro la parrocchia la consuetudine di funerare nella sua chiesa, tre canonici collegiati hanno costituito a loro favore la consuetudine di prendersi funzioni ed emolumenti spettanti per diritto comune al parroco loro arciprete, un monastero di suore ha acquistato per consuetudine il diritto di battezzare e così via. Queste sono eresie giuridiche inconcepibili. Con la consuetudine non si acquista *un* diritto ad *una* persona, sia pur collegiale, ma si costituisce la *norma* di diritto per *tutte* le persone o per una determinata *classe* di persone di un determinato *nucleo* sociale organizzato, o la società intera o una parte *organica* della società perfetta; e parte organica dello Stato può essere una regione, una provincia, un comune (quindi anche una città) non mai *un* collegio, putacaso, di prestinai o

(1) Cfr. ROMANI, *De norma juris*. § 57.

(2) Cfr. ROMANI, op. cit. § 59.

(3) Cfr. ROMANI, op. cit., §§ 58 e seg. e per il negozio giuridico cfr. ROMANI, *De negotio juridico*, Romae, 1934.

(4) Salvo, beninteso, le persone morali publiche o di diritto publico, come una provincia, una diocesi, un municipio, una città.

di beccamorti; e parte organica della chiesa può anche essere una provincia, e più precisamente una diocesi, tutto al più, se mai, una città, sia pure una sola parrocchia, non mai un monastero, una collegiata, spesso con tre canonici, il così detto clero recettizio, la confraternita *X* e così via. Questi sono concetti fondamentali che non si possono preterire senza venir meno al decoro scientifico e spesso alla più elementare giustizia (1).

5. Tenendo ben presenti i principii qui appena accennati è facile comprendere come la nuova legislazione tenda per sé stessa a far piazza pulita del precedente diritto consuetudinario; quello che in esso c'è di buono lo assorbe nella forma nuova di diritto scritto; quello che assorbire non può lo lascia fuori, frascame morto destinato al fuoco o, tutto al più, alla storia ed ai musei. Per il diritto consuetudinario generale, vigente cioè nella stessa ampiezza cui guarda la nuova legislazione, questo si pone fuori discussione; è questione di logica giuridica; né crediamo il caso di stare a sofisticare sulle consuetudini maturate prima del nuovo ordinamento e non considerate affatto in esso, quindi rimaste fuori; esse per noi sono morte; ma nella nuova codificazione canonica esse non sono neppure concepibili, dappoichè, se mai, rientrerebbero nel canone 6, capoversi 2–4, dove è saggiamente ritenuto il diritto precedente (*jus vetus*) che non sia dal Codice esplicitamente o implicitamente abrogato, derogato, surrogato. Chi scrive che il canone 6 si riferisce esclusivamente al diritto scritto non ha letto il canone, cosa che non capita troppo di rado.

6. Il canone 6 nei capoversi citati comprende tutto il diritto vecchio, ma di questo altra volta: qui ci preme tenerci al canone 5 che è esclusivo per le consuetudini anteriori o per quelle sole, tra esse (ora se ne comprende bene il perchè) le quali sono né conforme né fuori, ma *contrarie* alla nuova legislazione: il legislatore ha fatto bene ad aggiungere *sive universales sive particulares*, perchè non mancano mai i bizantini pronti a sciorinarvi una serqua di ditterii pur di sottrarsi alla legge; qui si sarebbero fatti forti del *particulari non derogatur per generale*, per concludere che la nuova codificazione è, tutto al più, una bella accademia, chiudendo gli occhi all'anima del nuovo ordinamento, sopra accennata. Comunque, il legislatore ha tagliato corto.

Non che si sia nascoste le difficoltà sempre gravi quando si tratta di rinnovare, di togliere abusi, di adeguare al nuovo l'antico, di incomodare abitudini ormai incarnite. Compreso di tali difficoltà il sapiente legislatore canonico non è andato alla cieca come i codificatori francesi dell'804 e dietro di essi i nostri del '65 e molti altri in Europa e

---

(1) Li abbiamo esposti nell'opera citata e li ribadiremo ed amplieremo in un'altra che è in preparazione.

fuori (1), che hanno fatto strage della consuetudine, alla quale di recente giurisprudenza e dottrina tornano a guardare con sorprendente simpatia; il legislatore ecclesiastico, dicevamo, con quel senso di sano realismo, che ne è caratteristica e vanto, è andato cauto distinguendo tra le intollerabili e le men tollerabili: intollerabili quelle che nei canoni del C. J. C. sono *espressamente riprovate*, con qualsiasi formula (2), perchè esse sono da considerare come corruttela del diritto e come tali non possono neppure lasciarsi rivivere. Sarà cura, sarà dovere degli Ordinarii e dei delegati (di qualunque nome) della Santa Sede vigilare a tal proposito. Le altre sono sempre una stonatura, che non potrà tollerarsi se non per evitare un male maggiore: qui occorre zelo, tatto, prudenza, ma anche energia degli Ordinarii; anche qui la legislazione vien loro incontro e spazza via da sé: *a*) le consuetudini contrarie che non siano centenarie o almeno immemorabili; *b*) le consuetudini contrarie, sia pur centenarie o immemorabili la cui abrogazione non sia ostacolata da gravi difficoltà, a giudizio dell'Ordinario. Ne deriva che l'Ordinario solo allora potrà dire in coscienza che una determinata consuetudine sia da tollerare, quando avrà esaurita tutta la sua prudenza, il suo tatto, la sua energia, il suo zelo, la sua carità per rimuovere la stonatura. Quindi per noi allorchè di una pretesa consuetudine l'Ordinario non abbia dato tale decisione, essa *si deve ritenere abrogata*, e spetta alla parte che la accampa a suo profitto provare che essa ancora sussista (3); mentre all'altra parte compete il diritto della impugnativa fino al grado supremo di giurisdizione, che nel foro ecclesiastico è la Segnatura Apostolica; e contro la dichiarazione dell'Ordinario sarà sempre aperto il ricorso alle competenti Congregazioni (can. 1061).

s. r.

II.

De effectibus domicilii relate ad dispensationem.

Postquam locuti sumus de vinculo morali quo fideles obstringuntur ad observantiam legum ecclesiasticarum, aliquid nunc addendum est de relaxatione huius vinculi ope dispensationis et privilegii.

Dispensatio est relaxatio legis ecclesiasticae, universalis vel particularis, a legitima auctoritate facta in casu aliquo particulari. Cum dispensatio sit vulnus legi illatum, « a lege ecclesiastica ne dispensetur sine iusta et rationabili causa, habita ratione gravitatis legis a qua dispensatur » (can. 84, § 1): quae causa requiritur semper ad liceitatem;

---

(1) Vedine ampio esame in ROMANI, *De norma juris*, §§ 39–59, pag. 53–75.
(2) Cfr. canoni 409, § 2; 418, § 1; 1006, § 5; 1181.
(3) Vedi ROMANI, op. loc. cit.

ad validitatem vero quod attinet requiritur in praelato inferiore qui dispensat in lege superioris, minime vero in legislatore qui in lege propria, praedecessorum vel inferiorum dispensat.

Ex parte subiecti activi, dispensatio concedi potest: *a*) a legislatore quia « omnis res per quascumque causas nascitur per easdem dissolvitur »;

b) ab eius successore quia « is qui in ius succedit alterius, eo jure, quo ille, uti debebit »;

c) ab eius superiore quia qui potest plus potest etiam et minus; non vero ab eius inferiore quia « lex superioris per inferiorem tolli non potest »;

d) ab illo cui iidem facultatem dispensandi concesserint. « Potest quis per alium, quod potest facere per seipsum ». Attento can. 199, § 1: « Qui iurisdictionis potestatem habeat ordinariam, potest eam alteri ex toto vel ex parte delegare, nisi aliud expresse iure caveatur. – § 2. Etiam potestas iurisdictionis ab Apostolica Sede delegata subdelegari potest sive ad actum, sive etiam habitualiter, nisi electa fuerit industria personae aut subdelegatio prohibita. – § 3. Potestas delegata ad universitatem negotiorum ab eo qui infra Romanum Pontificem habet ordinariam potestatem, potest in singulis casibus subdelegari. – § 4. In aliis casibus potestas iurisdictionis delegata subdelegari potest tantummodo ex concessione expresse facta . . . – § 5. Nulla subdelegata potest iterum subdelegari, nisi id expresse concessum fuerit.

Ex parte subiecti passivi: dispensatio, cum sit actus potestatis iurisdictionis, non potest exerceri nisi in solos subditos. « Quod intelligendum est de directa dispensatione; nam aliquando superior, dispensando cum suo subdito, indirecte dispensat cum alieno, ut ecce, si ageretur de re, quae respectum importat ad alterum et non consistit in uno » (1) v. g. dispensatio ab impedimentis matrimonialibus valida est etiamsi unus tantum ex contrahentibus sit subditus dispensantis.

Legibus ecclesiasticis universalibus subduntur incolae et advenae, vagi et peregrini; legibus vero particularibus obstringuntur incolae, advenae et vagi et in quibusdam casibus etiam peregrini.

In specie: I. Romanus Pontifex potest dispensare *omnes fideles* ab omnibus legibus ecclesiasticis tam particularibus quam universalibus; a se, a praedecessoribus vel ab inferioribus; tum in Concilio tum extra Concilium latis quia « solus habet totam plenitudinem auctoritatis, quam Christus Ecclesiae contulit » (2).

A legibus divinis quarum obligatio pendet a libera voluntate hominum (votum, iuramentum, matrimonium ratum et non consum-

---

(1) Oietti, *Synopsis rerum moralium et iuris pontificii: Dispensatio.*

(2) Bonaventura.

matum, professio religiosa) Romanus Pontifex proprie non dispensat, non relaxat directe vinculum legis sed, subtrahendo materiam, sic cessat obligatio legis. In aliis legibus divinis habetur tantum interpretatio mentis divinae.

II. Ordinarii locorum possunt dispensare:

a) a legibus dioecesanis, a se vel a praedecessoribus, in Synodo vel extra Synodum latis quia « unicus est in Synodo legislator Episcopus, ceteris votum tantum consultivum habentibus » (can. 362). Possunt dispensare *incolas* et *advenas*, tum intra tum etiam extra territorium degentes si de legibus personalibus agitur vel de illis quae eos, tanquam iuridice praesentes, obligant; possunt dispensare *vagos* in omnibus legibus dioecesanis et *peregrinos*, degentes in proprio territorio, in illis legibus quibus etiam ipsi obstringuntur;

b) *incolas* et *advenas*, *vagos* et *peregrinos* a legibus Concilii provincialis et plenarii in casibus particularibus et iusta de causa;

c) a legibus generalibus Ecclesiae vel a legibus latis a Romano Pontifice pro illo peculiari territorio (Ordinarii possunt dispensare) si haec facultas iisdem fuerit explicite vel implicite concessa vel in defectu huius potestatis si haec tria concurrunt: difficilis est recursus ad Sanctam Sedem, habetur periculum gravis damni in mora et de dispensatione agitur quae a S. Sede solet concedi, ita ut hae conditiones omnino requirantur etiamsi agatur de casibus qui frequenter occurrunt, vel leviores sunt aut fere quotidiani (v. g. dispensatio a recitatione horarum canonicarum).

Implicita facultas intelligitur contenta in facultate explicite data si haec sine illa exerceri non potest. Huc spectat can. 66, § 3: « Concessa facultas secumfert alias quoque potestates quae ad illius usum sunt necessariae ». Can. 200, § 1: « cui delegata potestas est, ea quoque intelliguntur concessa, sine quibus eadem exerceri non potest ». Item, implicita facultas tribuitur si additur clausula « nisi dispensetur » cum nempe « in lege ipsa dicatur, posse ab ea dispensari, nam si verba aliquid operari debent, cui, nisi inferiori permittitur ? » (1).

Expressa facultas in sequentibus casibus tribuitur:

1) *In dubio facti* Ordinarii possunt dispensare omnes fideles degentes in suo territorio (*incolas* et *advenas*, *vagos* et *peregrinos*) atque extra suum territorium proprios subditos (*incolas* et *advenas*) in omnibus legibus etiam irritantibus et inhabilitantibus, dummodo de iis agatur in quibus Romanus Pontifex dispensare solet. Non est sermo de dubio iuris quia hoc in casu leges, etiam irritantes et inhabilitantes, non urgent (can. 15).

---

(1) D'Annibale, I, 231.

II) *A temporibus sacris*, a lege nempe communi de observantia festorum itemque de observantia abstinentiae et ieiunii vel etiam utriusque Ordinarii locorum, in casibus singularibus iustaque de causa, possunt dispensare subiectos sibi singulos fideles (*incolas* et *advenas*) singulasve familias, etiam extra territorium atque in suo territorio etiam *peregrinos* et *vagos*.

Ex causa peculiari magni populi concursus aut publicae valetudinis, possunt *totam* quoque *dioecesim* seu *locum* a ieiunio et ab abstinentia, vel etiam ab utraque simul lege dispensare (can. 1245, § 1 et § 2).

III) *A voto non reservato et a iuramento* Ordinarii locorum possunt dispensare omnes suos subditos (*incolas* et *advenas*) ubique commorantes atque in suo territorio *vagos* et *peregrinos* dummodo dispensatio ne laedat ius aliis quaesitum (can. 1313, 1° et can. 1320).

IV) *Super temporum interstitiis* quae in ordinationibus servari debent. Quamvis enim interstitia primam tonsuram inter et ostiariatum vel inter singulos Ordines minores prudenti Episcopi iudicio committantur, tamen acolythus ad subdiaconatum, subdiaconus ad diaconatum, diaconus ad presbyteratum ne antea promoveantur quam acolythus unum saltem annum, subdiaconns et diaconus tres saltem menses in suo quisque ordine fuerint versati. Episcopi tamen necessitate aut utilitate Ecclesiae exigente, potest super his interstitiis dispensare *incolas*, *advenas* et *peregrinos* sed numquam nisi de peculiari licentia Romani Pontificis, minores Ordines cum subdiaconatu dumve sacros Ordines uno eodemque die, reprobata contraria consuetudine conferantur; imo nec primam tonsuram conferre licet cum aliquo ex Ordinibus minoribus, neque omnes Ordines una simul (can. 978, § 1, 2, 3).

V) *Super forma et impedimentis matrimonialibus*. Urgente mortis periculo, Ordinarii locorum ad consulendum conscientiae et, si casus ferat, legitimationi prolis, possunt tum super forma celebrationis matrimonii tum super omnibus et singulis impedimentis iuris ecclesiastici, sive publicis sive occultis, etiam multiplicibus, exceptis impedimentis provenientibus ex sacro presbyteratus Ordine et ex affinitate in linea recta, consummato matrimonio, dispensare proprios subditos (*incolas* et *advenas*) ubique commorantes et omnes (*vagos* et *peregrinos*) in proprio territorio actu degentes remoto scandalo, et, si dispensatio concedatur super cultus, disparitate aut mixta religione, praestitis consuetis cautionibus (can. 1043).

Eadem dispensandi facultas competit Ordinariis locorum (super iisdem impedimentis et sub iisdem clausulis) quoties impedimentum detegatur, cum iam omnia sunt parata ad nuptias, nec matrimonium, sine probabili gravis mali periculo, differri possit usque dum a Sancta Sede dispensatio obtineatur (can. 1045, § 1).

Haec facultas valeat quoque pro convalidatione matrimonii iam contracti, si idem periculum sit in mora nec tempus suppetat recurrendi ad Sanctam Sedem (can. 1045, § 2).

VI) *Super poenis latae sententiae* iure communi statutis Ordinarii possunt dispensare *incolas* et *advenas*, *vagos* et *peregrinos* i. e. in casibus publicis possunt has poenas remittere exceptis casibus ad forum contentiosum deductis; censuris Sedi Apostolicae reservatis, poenis inhabilitatis ad beneficia, officia, dignitates, munera in Ecclesia, vocem activam et passivam eorumve privationis, suspensionis perpetuae, infamiae iuris, privationis iuris patronatus et privilegii seu gratiae a Sede Apostolica concessae; in casibus occultis excipiuntur censurae specialissimo vel speciali modo Sedi Apostolicae reservatae (can. 2237, § 1 et 2).

VII) *Ab examine super doctrina* coram se et examinatoribus synodalibus faciendo Ordinarii locorum possunt de consensu eorundem examinatorum dispensare sacerdotem candidatum ad paroeciam vacantem si agatur de sacerdote doctrinae theologicae laude commendato (can. 459, § 3, 3°).

VIII) *Ab irregularitatibus* omnibus ex delicto occulto provenientibus ea excepta quae oritur ex homicidio voluntario aut foetus humani abortu vel alia ad forum iudiciale deducta Ordinarii possunt per se vel per alium *suos subditos* dispensare (can. 990, § 1).

IX) *A publicationibus matrimonialibus* etiam in aliena dioecesi faciendis *loci Ordinarius proprius* pro suo prudenti iudicio potest ex legitima causa dispensare. Et si plures sunt Ordinarii proprii, ille ius habet dispensandi, in cuius dioecesi matrimonium celebratur; quod si matrimonium extra proprias ineatur dioeceses, quilibet Ordinarius proprius dispensare potest (can. 1028, § 1 et 2).

X) *A prohibitione librorum.* Ordinarii licentiam, ad libros quod attinet ipso iure vel decreto Sedis Apostolicae prohibitos, concedere *suis subditis* valent pro singulis tantum libris atque in casibus dumtaxat urgentibus (can. 1402, § 1).

Cum in hisce tribus casibus (VIII, IX, X) legislator loquatur de Ordinario proprio, de subditis et cum verba aliquid operari debeant potestas Ordinariorum non videtur posse extendi ad peregrinos. Aliter cl. P. Cappello qui, perspecta disciplina longe mitiore a Codice inducta, censet hodie, aliter ac olim, principium generale in favorem peregrinorum fundamentum in iure habere.

III. Superiores maiores religionis clericalis exemptae quod attinet ad professos, novitios, aliosve in religiosa domo diu noctuque degentes causa famulatus aut educationis aut hospitii aut infirmae valetudinis gaudent facultatibus sub n. 1, 2, 3, 6, 8, 10 positis.

Superiores minores in religionibus clericalibus exemptis possunt dispensare proprios subditos (professos, novitios etc. uti supra) a temporibus sacris, a votis et a iuramentis (can. 1245, 1313, 1320).

IV. « Parochi nec a lege generali nec a lege peculiari dispensare valent nisi haec potestas expresse eisdem concessa sit » (can. 83).

Expressa potestas tribuitur parochis dispensandi *proprios subditos* (incolas et advenas) ubique commorantes et *omnes* in proprio territorio *actu degentes*: (vagos et peregrinos):

a) in Temporibus Sacris (can. 1245, § 1);

b) super forma et impedimentis matrimonialibus: Urgente mortis periculo parochi pollent eadem dispensandi facultate ac Ordinarii pro casibus in quibus ne loci quidem Ordinarii adiri possint. Item, eamdem facultatem habent quoties impedimentum detegatur cum iam omnia sunt parata ad nuptias vel pro convalidatione matrimonii iam contracti sed solum pro casibus occultis in quibus ne loci quidem Ordinarius adiri possit vel nonnisi cum periculo violationis secreti (can. 1044, 1045, § 3).

V. Confessarii rite approbati dispensare possunt:

I) *Ab irregularitatibus* omnibus ex delicto occulto provenientibus excepta ea quae oritur ex homicidio voluntario et fetus humani abortu, in casibus occultis ingentioribus, in quibus Ordinarius adiri nequeat et periculum immineat gravis damni vel infamiae sed ad hoc dumtaxat ut poenitens ordines iam susceptos exercere licite valeat (can. 990, § 2).

II) *A forma et impedimentis matrimonialibus*, etiam locuti sumus de parocho, sed confessarius pro foro interno in actu sacramentalis confessionis tantum (can. 1044, 1045, § 3).

III) *A poena vindicativa servanda*: in casibus occultis urgentioribus, si ex observantia poenae vindicativae latae sententiae, reus seipsum proderet cum infamia et scandalo, quilibet confessarius potest in foro sacramentali obligationem servandae poenae suspendere, iniuncto onere recurrendi saltem intra mensem per epistolam et per confessarium, si id fieri possit sine gravi incommodo, reticito nomine, ad S. Poenitentiariam vel ad Episcopum facultate praeditum et standi eius mandatis. Et si in aliquo casu extraordinario hic recursus sit impossibilis, tunc ipsemet confessarius potest dispensationem concedere, iniunctis de iure iniungendis (can. 2290, § 1 et 2).

VI. Simplex sacerdos qui una cum testibus matrimonio assistit quando haberi vel adiri nequeat sine gravi incommodo parochus vel Ordinarius loci vel sacerdos delegatus, tunc eadem dispensandi facultate pollet ac parochus (can. 1044, 1045, § 3).

III.

De effectibus domicilii relate ad privilegium

Alter modus constituendi ius subiectivum, tribuendi nempe, ius quoddam singulis personis physicis vel moralibus est, praeter dispensationem, privilegium. Hinc nomen « privilegii » idem sonat ac « priva lex » quia ut notat D'Annibale ex Afell N. A. X, 20, veteres priva dixerunt, quae nos singula dicimus. Ista lex privata debet induere qualitatem favoris « quia . . . non esset privata nisi aliquid specialiter indulgeret ».

Privilegium, obiective sumptum, est lex privata favorabilis, specialem favorem concedens contra vel praeter ius commune.

Subiectum activum: legislator, successor vel superior qui, sicuti possunt imponere subditis obligationem, ita possunt quosdam eximere a vinculo legis, aliis vero imponere obligationem non turbandi privilegiatum in usu concessi privilegii.

Subiectum passivum privilegii contra ius est subditus legis quia solus iste obstringitur vinculo legis, a quo liberatur ope privilegii. Privilegia praeter ius possunt concedi etiam non subditis quia nullam supponunt obligationem in eo qui privilegio donandus est.

In specie: I. Romanus Pontifex potest solus concedere per se vel per alios, privilegia contra vel praeter leges communes, leges Concilii provincialis vel plenarii et leges ab ipso latas pro aliquo peculiari territorio. Contra vel praeter leges dioecesanas tum Romanus Pontifex tum Ordinarii locorum possunt concedere privilegia.

Solus Romanus Pontifex potest concedere privilegia praeter ius commune in universa Ecclesia servanda quia, cum privilegium habeat vim obligandi alios ad servandum privilegium, ipsi privilegiarii est vera lex respiciens communitatem et ideo ex hac parte requiritur publica potestas in universam Ecclesiam quam solus Romanus Pontifex habet: solus iste potest imponere omnibus fidelibus obligationem non frustandi privilegiatum in usu concessi privilegii. Episcopis tamen non est deneganda facultas concedendi privilegia praeter ius commune in sua dumtaxat dioecesi servanda.

II. Privilegia contra vel praeter ius commune possunt acquiri *ab omnibus fidelibus*.

Privilegia contra leges dioecesanas ab *incolis*, *advenis* et *vagis*, quibus adnumerantur etiam *peregrini* si de legibus agitur quae eos obligant: in omnibus enim adest obligatio legis. Privilegia vero praeter ius dioecesanum possunt acquiri *ab omnibus*, *etiam a non subditis* quia quamvis concessio talis privilegii exigat in concedente iurisdictionem ut sic possit imponere subditis obligationem non impediendi usum privilegii tamen in se non est actus iurisdictionis sed liberalitatis et donationis.

Don Salvatore Farrugia.

NOTE DI DIRITTO CANONICO

L'imputabilità del conato e del delitto frustrato.

Canone 2213, § 1. *Delicti conatus suam habet imputabilitatem, eo majorem, quo magis ad consummationem accedit, quamquam minorem prae delicto consummato, salvo praescripto* § 3.

§ 2. *Delictum frustratum magis culpabile est quam simplex delicti conatus.*

§ 3. *Ab omni imputabilitate liberatur qui sponte ab incoepta delicti executione destituit, si nullum ex conatu damnum aut scandalum ortum sit.*

Asserisce il presente canone e determina i diversi gradi di responsabilità del semplice conato e del delitto frustrato.

È detto: « Delicti conatus suam habet imputabilitatem ». È il principio generico che giustifica le pene particolari per le forme di conato previste in ispecie dal legislatore, come dagli esempi portati, e per i casi di conato che sono lasciati da identificare e da punire alla conoscenza e all'arbitrio del giudice.

L'imputabilità risulta presente nel conato, dal concetto stesso che al canone precedente ne dà il legislatore. È in esso, l'elemento morale e fisico del delitto. Fin dove arriva una volontaria esecuzione che ha per termine il delitto previsto dalla legge, la legge è offesa; e questo è vero sia che si tratti di atti per se medesimi indifferenti, ma adoperati a tal fine, sia che di atti già in se stessi criminosi per la propria natura o per la natura stessa del delitto da loro appena inziato, ma non consumato. In ogni caso, però, l'imputabilità del conato deve ritenersi:

« . . . eo majorem quo magis ad consummationem accedit », tanto, cioè, maggiore quanto più si avvicina, il conato eseguito, alla consumazione del delitto. Per due ragioni: 1° perchè, come (201) dicemmo, il conato come tale ha specie nella considerazione giuridica dalla stessa specie del *delitto* cui tende *quali in itinere*; 2° perchè il legislatore colpisce *pro mensura juris laesi* ed è evidente che il conato è solo un'incipienza di offesa a quel bene che la legge penale protegge. Ma neanche questa incipienza è gravata di responsabilità penale se *spontanea* volontà dell' agente l' arresta: in questo caso egli sarebbe tenuto *solo* del danno o scandalo eventualmente cagionati fino a quel punto giusta la riserva:

« . . . salvo praescripto § 3 », che tosto vedremo.

Il principio di cui al presente § 1 deriva da molte delle fonti nostre. Basti il c. 7, X *De bigamis non ordinandis*, I, 21. Per esso il suddiacono che

---

(201) *Delicti praeambula in principali confunduntur.* . THESAURUS (*De Poenis*, pag. 1, c. 8). Nè d'altra parte può essere presunta dalla legge una *mezza volontà* di delinquere. Si è da taluno (ROMAGNOSI, CARMIGNANI ecc.) negato che la figura del tentativo possa riscontrarsi nei delitti determinati da violenta passione. È solo questione invece di *gradi* nella responsabilità, e per noi basta applicare i criteri di cui ai canoni 2206, 2218 ecc.

pretese contrarre con una vedova e si congiunse con essa *carnaliter* incorre la pena della bigamia, nonostante che non sia bigamo « non propter sacramenti defectum, *sed propter affectum intentionis cum opere subsecuto* ».

Che minore sia la responsabilità del conato in confronto a quella del delitto lo ammette oggi col nostro legislatore anche l'art. 61 del Cod. Pen. It., che il reo di semplice tentativo vuole « punito con la reclusione non inferiore ai dieci anni ove la pena stabilita per il delitto sia l'ergastolo, e negli altri casi con la pena stabilita per il delitto diminuita dalla metà ai due terzi ».

Pel diritto antico ben nota il chiar. prof. Sole: « Regulariter admissa fuit ratio minoris imputabilitatis... Attamen ad atrociora delicta fortius praecavenda et punienda cautum fuit, in (202) istis eadem poena puniri conatum qua plecteretur crimen consummatum » come appare dalle testimonianze da noi trascritte in questi due canoni.

